Ab̄u-Masar Gafar Ibn-Mu.hammad ; Engel, Johann [Editor]; Johannes <Hispanus> [Transl.]: De magis conjunctionibus annorum revolutionibus ac eorum profectionibus octo tractatus Albumasar. Johannis Angeli correctione
Augsburg: Erhard Ratdolt, 31. März 1489 Seite 197



¶ Sermo in mamareth ♄ super planetas.




¶ Et cum fuerit ♄ transiens sup̱ ♃ significat valorem asinorum: ⁊ mortem ouium: et paucitatem humiditatum: et detrimentum aquarũ: ⁊ precipue in fluminib⁹ ¶ Cum fuerit transiens super ♂ significat illud valorem asinorũ ⁊ vehementiam frigoris et durabilitatẽ eius. ¶ Cum fuerit transiens super ☉ significat illud siccitatem aeris. ¶ Cũ fuerit transiens super ♀ significat illud caristiam vel valorez asinorum cũ paucitate humiditatum ⁊ detrimento aquarum et precipue in mari. ¶ Cum fuerit trãsiens sup̱ ☿ significat illud multam mortem in alhauez: ⁊ mulieres quorundã interficere regũ: ⁊ quasdam parentele sue propinquas sicut mater ⁊ similia: cuz superfluitate pluuiarum ⁊ multis inundationibus cum vehementi frigore ¶ Cum fuerit transiens super ☽ significat illud paucitatem humiditatum ⁊ aquarum.

¶ Sermo in mamareth planetarum super ♄.

¶ Et cum fuerit ♃ transiens super ♄ significat illud mortem quorundam regum montium: ⁊ perire maiorem partem latronum: ⁊ vehementiam luporum: ⁊ paucitatez locustarum cum paucitate humiditatum: ⁊ augmento messium. ¶ Cum fuerit ♂ transiens super eum significat illud multitudinẽ asinorum ⁊ ouium cum vehementia caloris ⁊ frigoris ⁊ durabilitate eorũ in duobus temporibus vtriq̃ȝ conuenitibus. ¶ Cum fuerit ☉ transiens sup̱ eum significat illud romanos facere exercitum contra armeniaz: ⁊ multas infirmitates: et mortem aduenire hominibus cum multis pluuijs. ¶ Cum fuerit ♀ transiens super eum significat multas humiditates: et prosperum esse pregnataꝝ. ¶ Cum fuerit ☿ transiens super eum significat illud mortẽ cadere in mulieres regum: et multam apparentiam bubonũ in quadrupedibus cum multitudine pluuiarum: ⁊ incessante ventoꝝ flatu: ⁊ detrimẽto herbarum. ¶ Cum fuerit ☽ transiens super eum significat illud multas humiditates ⁊ superfluitatem aquarum.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-360/0197
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG